

**Zeitschrift:** Zeitschrift für schweizerische Kirchengeschichte = Revue d'histoire ecclésiastique suisse

**Herausgeber:** Vereinigung für Schweizerische Kirchengeschichte

**Band:** 5 (1911)

**Artikel:** Vatikanische Aktenstücke zur Schweizerischen Kirchengeschichte aus der Zeit Johannis XXII.

**Autor:** Rüegg, F.

**DOI:** <https://doi.org/10.5169/seals-119884>

### Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. [Mehr erfahren](#)

### Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. [En savoir plus](#)

### Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. [Find out more](#)

**Download PDF:** 22.07.2025

**ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>**

# Vatikanische Aktenstücke zur Schweizerischen Kirchengeschichte aus der Zeit Johanns XXII.

34<sup>1</sup>. *Humbert Francisci von Chambéry*  
*wird vom Augustiner-Priorat in der Diözese Grenoble an das*  
*Augustiner-Hospiz auf dem Großen St. Bernhard transferiert und ihm*  
*zugleich Anwartschaft auf kirchliche Ämter verliehen<sup>2</sup>.*  
*1330 Februar 20. Avignon.*

Dilecto filio Humberto Francisci de Cambariaco, canonico  
monasterii Montisiovis<sup>a</sup>, ord. S. Aug., Sedunen. dioc., salutem.

Religionis zelus vite ac morum honestas aliaque tue probitatis merita,  
super quibus apud nos laudabiliter commendaris testimonio, nos inducunt,  
ut tibi reddamur ad gratiam liberales. Hinc est quod nos volentes te hujus-  
modi meritorum tuorum intuitu favore prosequi gratioso: te de prioratu  
S. Gregorii, ord. S. Aug., Gracionopolitan. dioc., cuius existis canonicus ad  
monasterium Montisiovis ejusdem ordinis, Sedunen. dioc., apostolica aucto-  
ritate transferimus de gratia speciali ac insuper volentes tibi gratiam facere  
amplorem: prioratum vel administrationem seu officium aut aliud benefi-  
cium ecclesiasticum cum cura vel sine cura pertinentem seu pertinens ad  
collationem vel provisionem seu presentationem aut quamvis aliam dispo-  
sitionem dilectorum filiorum... prepositi et conventus eiusdem monasterii per  
prepositum soliti gubernari communiter vel divisim et consuetum seu con-  
suetam per ipsius monasterii canonicos gubernari, si quis vel si qua aut  
si quod vacat ad presens vel cum vacaverit, quam vel quem seu quod per  
te vel procuratorem tuum ad hoc specialiter constitutum infra unius mensis

<sup>a</sup> Vat.: Montisionis.

<sup>1</sup> Korrigiere eben in Nr. 32 (l. J., S. 62) im Spitzregest an Stelle von Augs-  
burg: Aosta. Das S. Jakob-Priorat zu Aosta gehörte zum Hospiz auf dem Grossen  
St. Bernhard; Wilhelm von Crista entstammte einer angesehenen Familie und ist  
noch im Jahre 1330 als Prior von St. Jakob nachzuweisen (Arch. hopit. Mauricien  
d'Aoste). Verdankenswerte Mitteilung von R. P. G. Francey, Procureur G. S.  
Bernard, Martigny.

<sup>2</sup> V. folio 3.

spatium postquam tibi vel eidem procuratori de illius vacatione constiterit duxeris acceptandum seu acceptandam conferendum seu conferendam tibi post acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus et pertinentiis suis donationi apostolice reservamur ; districtius inhibentes eisdem preposito et conventui, ne de huiusmodi prioratu vel administratione seu officio aut beneficio interim etiam ante acceptationem eandem nisi postquam eis constiterit, quod tu vel procurator predictus illum vel illam seu illud nolueritis acceptare, disponere quoquomodo presumant. Ac decernentes te extunc recipiendum fore in eodem monasterio in canonicum et in fratrem tibique sicut uni ex aliis ex ipsius monasterii canonicis de communibus eiusdem monasterii proventibus integre providendum teque ibidem sincera in domino caritate tractandum, ac irritum et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Non obstantibus quibuscumque statutis et consuetudinibus monasterii prioratus et ordinis, predictorum contrarum iuramento confirmatione sedis apostolice seu quamcumque firmitate alia roboratis, aut si pro aliis in eodem monasterio scripta forsan apostolica sint directa, seu si aliqui super provisione sibi facienda de prioratibus vel administrationibus seu officiis aut beneficiis huiusmodi speciales vel in illis partibus generales dicte sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum ; quibus omnibus preterquam auctoritate nostra prioratus vel administrationes seu officia aut beneficia huiusmodi expectantibus in eiusdem prioratus vel administrationis seu officii aut beneficii assecutione te volumus anteferri, sed nullum per hoc eis qui ad assecutionem prioratum administrationum officiorum et beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu si dictis preposito et conventui aut quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sit sede indultum, quod ad receptionem vel provisionem alicuius minime teneantur, etiam ad id compelli non possint, quodque de prioratibus administrationibus seu officiis aut aliis beneficiis ecclesiasticis ad eorum collationem vel provisionem seu quamvis aliam dispositionem communiter vel separatim spectantibus nulli valeant providere per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulgentiis huiusmodi mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generalis vel specialis cuiuscunque tenoris existat per quam presentem non expressam vel communiter non insertam effectus huiusmodi gratie impedire valeat quomodolibet vel differre et de quacumque toto tenore habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo etc. nostre translationis inhibitionis reservationis et constitutionis infringere etc.

Dat. Avignon. 10. kal. martii, a. 14.

I. e. m. dilectis filiis abbati monasterii S. Mauricii Agaunen.  
Sedunen. dioc. et Dygno capellano nostro preposito Januen.  
ac. sacriste Lugdunen. ecclesiarum salutem etc.

Religionis zelus etc. usque mentio specialis. Quocirca mandamus, quantum vos vel duo aut unus vestrum per vos vel alium seu alios eundem

Humbertum ex nunc in eodem monasterio Montisiovis recipi facientes auctoritate nostra in canonicum et in fratrem sibique sicut uni ex aliis ipsius monasterii canonicis de communibus eiusdem monasterii proventibus integre provideri ac cum sincera ibidem caritate tractari, prioratum vel administrationem seu officium aut beneficium huiusmodi per nos ut permittitur reservatum seu reservatam, si quis vel si qua aut si quod tempore huiusmodi nostre reservationis vacabat vel extunc vacat aut cum illum vel illam seu illud vacare contigerit, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Humberto vel procuratori suo pro eo post acceptationem huiusmodi eodem auctoritate conferre et assignare curetis, inducentes eum vel procuratorem predictum ipsius nomine in corporalem possessionem prioratus vel administrationis seu officii aut beneficii iurium et pertinentiarum predictorum et defendantes inductum et ad prioratum vel administrationem seu officium aut beneficium huiusmodi facientes ut est moris admitti sibique de ipsius prioratus vel administrationis seu officii aut beneficii fructibus redditibus proventibus iuribus et oventionibus universis integre responderi, non obstantibus omnibus supradictis seu si prefatis preposito et conventui aut quibusvis aliis communiter vel divisim a predicto sit sede indulatum, quod interdici suspendi vel excommunicari non possent per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulgentiis huismodi mentionem, contradictores auctoritate nostra etc. usque in finem.

*Reg. Vat. 94, n° 876.*

*35. Rudolph von Chur, der auf Grund einer päpstlichen Provision ein Beneficium an der Pfarrkirche zu Sursee in Besitz nehmen wollte, aber infolge eines Irrtums der Provisionsbulle dies nicht erreichen konnte, erlangt unter Beseitigung des Irrtums die Bestätigung der genannten Provision<sup>1</sup>.*

*1330 März 21. Avignon.*

Dilectis filiis abbati monasterii in Ruti et preposito Zurci-acen., Constancien. dioc., ac magistro Ambrosio de Mediolano, canonico Mediolanen.

22. A.] Attributa dilecta filio Rodolfo de Curia, clero Constancien. dioc., probitatis merita, quibus eum fidei dignorum testimonio iuvari percepimus; nos inducunt, ut eum prerogativa specialis favoris et gratie pro-

<sup>1</sup> Unter den Annaten (*Rieder*, n° 1953) findet sich unter gleichem Datum der obiger Bulle entsprechende Eintrag, wonach auf Wunsch Rudolfs von Landenberg das betreffende Benefizium in Sursee Rudolf von Chur verliehen worden sei.

<sup>2</sup> Er erlangte nochmals das Augustiner Priorat Etoy (Waadt); wohl auf Grund dieser päpstlichen Anwartschaft; er war auch Syndicus des genannten Hospizes; erwähnt wird er in einer Urkunde vom 16. September 1343. Vgl. Gremaud, *Documents relatifs à l'histoire du Valais* 4, 366, n° 1859 (MDSR. 32. Bd.).

sequamur. Sane sicut oblata nobis pro parte dicti Rodolfi petitionis series continebat, olim dilectus filius Rodolfus de Landenberg, clericus predicte dioc., qui quoddam perpetuum beneficium in ecclesia parochiali in Surce, quodquidem beneficium ab aliquibus prebenda, ab aliquibus capellania, ab aliquibus vero altare vulgariter nuncupatur, quodque idem Rodolfus de Landemberg, per simplicitatem vocabat perpetuam vicariam, in manibus dilecti filii nostri Arnoldi, S. Eustachii diaconi cardinalis apud sedem apostolicam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis libere resignavit, dictusque cardinalis de mandato nostro sibi super hoc facto huiusmodi resignationem admisit, nosque postmodum huiusmodi beneficium sic vacans vocando illud simpliciter perpetuam vicariam dicto Rodolfo de Curia cum omnibus iuribus et pertinentiis suis per nostras litteras duximus conferendum<sup>1</sup>, certis sibi super hoc per alias nostras litteras executoribus deputatis; quodque postmodum predictis litteris et processibus habitis per easdem in illis partibus publicatis, Gerungus, qui pro rectore eiusdem parochialis ecclesie se gerit<sup>2</sup>, asserens, quod dictus resignans nullam perpetuam vicariam obtinuerat in ecclesia memorata, ab huiusmodi collatione nostra et processibus inde secutis ad sedem apostolicam appellavit. Nosque causam appellationis huiusmodi et negotii principalis dilecto filio Oliverio de Serseto, canonico Pictav., capellano nostro et palatii nostri primi gradus auditori causarum, audiendam commisimus et fine debito terminandam, coram quo inter ipsas partes usque ad productionem omnium, quibus partes ipse uti in huiusmodi causa volebant, fuit inclusive processum. Interim vero prefatus rector quendam clericum intrusisse dicitur in beneficio supradicto. Quare pro parte dicti Rodolfi de Curia nobis extitit humiliter supplicatum ut, ne premissorum pretextu remaneat predicta gratia destitutus, providere sibi super hoc de oportuno remedio dignaremur. Nos igitur attendentes, quod si est ita de dicto beneficio quocumque nomine censeatur per huiusmodi resignationem apud apostolicam sedem vacante nullus preter nos disponere potuit neque potest pro eo, quod nos diu ante vacationem huiusmodi omnia beneficia ecclesiastica tunc apud dictam sedem vacantia et in antea vacatura collationi et dispositioni nostre specialiter reservantes decrevimus irritum et inane, si secus super hiis per quoscumque quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingenteret attemptari, ac volentes, quod premissorum pretextu idem Rodolfus de Curia eiusdem gratie frustretur effectu;

<sup>1</sup> Diese Verleihung hatte am 10. April 1328 stattgefunden. Vgl. Rieder no 811.

<sup>2</sup> Magister Gerung, Rektor der Pfarrkirche zu Sursee, hatte dieses Rektorat während 15 Jahren ungesetzlich inne, indem er im Verlaufe dieser Zeit noch keine Weihen empfangen hatte. Am 25. Juli 1330 wurde er auf sein Gesuch hin vom Papste auf genannte Stelle habilitiert. Vgl. Rieder, no 896. — Über die Streitigkeiten über die Surserpfünde insbesondere wegen der Frage, wem die Collatur derselben zukomme, liess Herzog Albrecht von Österreich ein Kundschaften-Verhör aufnehmen, deren interessantes Resultat in einer Urkunde vom 18. Juli 1329 vorliegt. — Vgl. Geschichtsfreund, 3, 80 und besonders 18, 169. — Merkwürdigweise wird hierin Rudolfs von Landenberg gar keine Erwähnung getan. Magister Gerung starb am 6. Oktober 1335. (Geschichtsfreund, 18, 164.)

discretioni vestre per apostolica scripta mandamus, quatenus vos vel duo aut unus vestrum per vos vel per alium seu alios, vocatis qui fuerint evocandi, si est ita predictum beneficium taliter ut premittitur resignatum sive prebenda sive capellania sive altare vel quocumque alio nomine censeatur ad omnem dubitatis materiam amputandam de novo auctoritate nostra ad cautelam cum omnibus iuribus et pertinentiis suis eidem Rodolfo de Curia vel procuratori suo eius nomine confer et assignare curetis, inducentes eum vel dictum procuratorem pro ipso in corporalem possessionem eiusdem perpetui beneficii et defendantibus inductum amoto ab eo dicto intruso et quolibet alio illicito detentore, sibique facientes de ipsius beneficii fructibus redditibus proventibus iuribus universis integre responderi, contradictores etc., non obstantibus omnibus supradictis seu si aliqui super provisionibus sibi faciendis etc., seu <sup>a</sup> quod beneficium ecclesiasticum cum vel sine cura ad collationem seu dispositionem dilectorum filiorum.. abbatis et conventus monasterii S. Galli, ord. S. Ben., dicte dioc., expectans dictus Rodulphus noscitur expectare.

Dat. Avignon. 12 kal. april. a. 14.

*Reg. Aven. 35 f<sup>o</sup> 576<sup>v</sup> n<sup>o</sup> 3613. — Reg. Vat. 96, n<sup>o</sup> 3613.*  
Fehlt in Rieder.

<sup>a</sup> Ergänzung durch gleichzeitige Hand auf dem unteren Blattrande.

*36. Zum Ersatz für die von dem bischöflichen Mensalgute von Lausanne wieder losgetrennte Pfarrkirche zu Moudon werden mit demselben die Dekanate Lausanne und Vevey vereinigt.*

1330 April 28. Avignon.

Venerabili fratri Johanni episcopo Lausanen. salutem.

22. A. C.] Romanus pontifex, cui ecclesiarum omnium solicitude generalis incumbit quique aliorum etiam beneficiorum ecclesiasticorum dispositionem plenariam obtinet, sicut provide interdum beneficia ecclesiis ipsis quantumlibet oportune unita pro utiliori forsan beneficiorum ipsorum gubernatione ab eisdem ecclesiis dividit et exunit sic etiam congruenter alia competentiora illis recompensative applicat et connectit, prout ecclesiarum ipsorum necessitate pensata conspicit expedire. Sane dudum pro parte tua nobis exposito, quod propter unionem et applicationem olim de parrochiali ecclesia de Melduno, tue dioc., mense tue episcopali auctoritate nostra factam in populo dicti loci de Melduno grave scandalum erat exortum et quod propter hoc eiusdem unionis gaudere commode non poteras nobisque supplicato humiliter, ut unionem et applicationem huiusmodi dissolvere et cassare dictamque ecclesiam a predicta mensa exunire et eam in eum pristinum statum, in quo erat ante unionem huiusmodi, reducere

dicteque mense de recompensatione alia providere paterna diligentia curarimus. Nos eandem ecclesiam de Melduno prefate mense ut premittitur unitam a mensa predicta auctoritate apostolica totaliter exunivimus dictas unionem et applicationem de illa mense predicte factas et litteras nostras super huiusmodi unione et applicatione confectas auctoritate predicta cassantes totaliter ac etiam revocantes, prout in nostris inde confectis litteris plenius continetur. Cum itaque postmodum iterato pro parte tua nobis fuerit humiliter supplicatum, ut pro recompensatione huiusmodi exunionis eiusdem de Lausano et de Viviaco decanatus rurales, dicte dioc., ad tuam collationem spectantes, quorum fructus redditus et proventus annui valorem annum fructuum et reddituum predicte ecclesie prout asseritur non nisi in 20 solidis Turon. parvorum iuxta decime taxationem excedunt, eidem mense tue unire et connectere perpetuo dignaremur. Nos huiusmodi supplicationibus inclinati predictos decanatus cum omnibus iuribus et pertinentiis eorundem mense prefate in recompensationem huiusmodi auctoritate apostolica in perpetuum tenore presentium connectimus et unimus ita, quod cedentibus vel decedentibus decanatum ipsorum decanus vel alias decanatibus ipsis vacantibus tu vel successores tui episcopi Lausanen. qui pro tempore fuerint, per vos vel alium seu alios possessionem eorum libere apprehendere fructusque illorum in utilitatem vestrum et mense predicte licite convertere valeatis cuiusquam assensu minime requisito, proviso quod decanatus ipsi debitum et consuetis obsequiis non fraudentur; non obstantibus si aliqui super provisionibus sibi faciendis de huiusmodi decanatibus vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice sedis vel legatorum eius litteras impetrarint, etiam si per eas ad inhibitionem reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quas litteras et processus super eis habitos ad decanatus predictos volumus non extendi sed nullum per hoc eis quo ad assecutionem decanatum ac beneficiorum aliorum preiudicium generari, seu quibuslibet privilegiis indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus quorumcunque tenoris existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos insuper exnunc irritum decernimus et inane si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingit attemptari. Nulli ergo etc.<sup>1</sup>

Dat. Avinion. 4. kal. maii, a. 14.

*Reg. Aven. 36 f<sup>o</sup>, 78, n<sup>o</sup> 3596. — Reg. Vat. 96, n<sup>o</sup> 3595.*

<sup>1</sup> Vgl. diese Zeitschrift, 1. J., S. 62, n<sup>o</sup> 33.

37. Johann von Rougemont  
wird zum Verwalter der Provinz zu Basel ad interim bestellt.  
1330 August 20. Avignon.

Johanni de Rubeomonte, canonico Basilien.

12 + 14 A.] Commendanda tuarum virtutum merita apud nos fidei-  
dignorum testimonio comprobata rationabiliter nos inducunt, ut personam  
tuam prerogativa specialis favoris et uberioris gratie prosequamur. Cum  
itaque prepositura Basilien. ecclesie, quam quondam Ulricus de Arberg,  
olim eiusdem ecclesie prepositus in eadem dum viveret obtinebat, per  
ipsius obitum, qui nuper in partibus illis diem clausit extremum<sup>1</sup>, vacare  
noscatur ad presens, nullusque preter nos de illa possit hac vice disponere  
pro eo, quod nos, olim dum adhuc idem Vlricus vitam duceret in humanis,  
cupientes de dicta prepositura ceterisque beneficiis ecclesiasticis, qui idem  
Vlricus dum viveret obtinebat, per providentiam sedis apostolice ordinari  
preposituram et beneficia ipsa videlicet 5. non. iulii pontificatus nostri  
a. 13. collationi et dispositioni nostre specialiter duximus reservanda, decer-  
nentes etc. Nos volentes premissorum tuorum intuitu te, pro quo etiam  
venerabilis frater noster Johannes episcopus Lingonen., administrator  
eiusdem Basilien. in spiritualibus et temporalibus auctoritate apostolica  
deputatus, cuius existis consanguineus, super hoc nobis humiliter suppli-  
cavit speciali prosequi gratia: predictam preposituram sic vacantem, etiam  
si ei cura immineat animarum, cum omnibus iuribus et pertinentiis suis  
tibi commendamus per te usque ad apostolice sedis beneplacitum unacum  
thesauraria ecclesie Bisuntin., cui decanatus et canonicatus ac prebenda  
ecclesie B. Marie Magdalene Bisuntin. sunt annexi, etiamsi dicte thesau-  
rarie ratione dicti decanatus cura immineat animarum, ac eiusdem Bisuntin.  
et Montisbiligardi, Bisuntin. dioc., ecclesiarum canonicatibus et prebendis,  
quos obtines, usque ad idem beneplacitum tenendam possidendam et etiam  
gubernandam ita, quod de fructibus redditibus et proventibus eiusdem  
prepositione disponere valeas, sicut veri prepositi eiusdem ecclesie Basilien.,  
qui fuerint pro tempore, disponere potuerunt, alienatione tamen bonorum  
immobilium eiusdem prepositione tibi penitus interdicta. Non obstantibus  
quibuscumque constitutionibus etc. usque mentio specialis; proviso quod  
prepositura thesauraria et canonicatus ac prebende predicti debitum non  
fraudetur obsequiis et animarum cura in eisdem prepositura et thesauraria,  
si eis immineat, nullatenus negligatur; nos enim irritum etc.<sup>2</sup>

Dat Avinon. 13. kal. sept. a. 14.

<sup>1</sup> Ulrich von Arberg, Propst zu Basel und Moutiers-Grandval, starb am 19. August 1329. — Trouillat, Monuments de l'histoire de l'ancien évêché de Bâle. 3, 227, Anmerkung 1.

<sup>2</sup> Johann von Rougemont scheint als provisorischer Verwalter nicht in den

I. e. m. magistro Leonardo de Guarcino thesaurario ecclesie  
Lingonen. notario nostro et abbatii monasterii S. Vincentii  
Bisuntin. ac priori S. Albani Basilien.

Reg. Aven. 36 fo 91, n° 4017. — Reg. Vat. 96, n° 3866.

*38. Der Bischof Johann von Lausanne  
wird wegen seines Widerstandes gegen Ludwig den Baier gelobt  
und ermuntert, hierin unentwegt zu verbleiben  
und die Prozesse gegen Ludwig den Baier zu verkünden.  
1330 September 6. Avignon (?).*

Venerabili fratri Johanni episcopo Lausanen.

Intellectis diligenter, que super adventu ad partes Lausanen. hostis illius dei et ecclesie Ludovici de Bavaria de heresi et scismate sententia- liter condempnati Gasberto archiepiscopo Arelaten. camerario nostro scripsisti: fraternitatem tuam circumspectionem diligentiam inde multipliciter in domino commendamus, eam regantes et in domino attentius exhorantes, quatinus tanquam pugil ecclesie fideique defensor catholice commissi tibi pastoralis officii debitum exequendo spretis nimis terroribus promissionibus et inductionibus quibuscumque contrariis ad resistendum heretico et sismatico suisque sequacibus et complicibus adeo laudabiliter una cum aliis partium earum fidelibus potenter et viriliter te attingas, quod ipsius execrandis resistatur conatibus tuque preter celestis mercedem premii nostram et apostolice sedis gratiam uberioris consequaris et ecce quod processus ad- versus eundem [Ludovicvm] ac illos, qui eum vel eius sequaces et complices receptarent aut defenderent seu eis parerent vel obedirent, habitos tue prudentie, ut eos in partibus ipsis publicatos et publicari sicut tibi videbitur facias, destinamus, rescripturus nobis nichilominus sepius, que tibi occurerint rescribenda.

Dat. 8 id. sept., a. 15<sup>a</sup>.

Reg. Vat. 116, fo 51, n° 16 secret.

a Ort fehlt.

Besitz der Propstei zu Basel gelangt zu sein. Wir konnten keinen urkundlichen Beleg dafür finden. Ulrich von Arbergs Nachfolger war Thüring von Ramstein, als Propst aber auch erst erwähnt seit 1336. Juli 8. — Basler UB 4. 122, n° 129, War die Propstei von 1329 bis ca. 1336 vakant geblieben?

*39. Der Bischof von Sitten wird beauftragt,  
päpstlichen Boten für sicheres Geleit zu sorgen.  
1331 März 11. Avignon (?).*

Venerabili fratri episcopo Sedunen.

Relatione fidedigna perceperimus, quosdam viros perditionis filios fore  
ducendos ad civitatem Sedunen. in proximo ad nostram exinde presentiam  
deducendos, et quia id nobis existit cordi non leviter, ut tute nobis debeant  
presentari : fraternitatem tuam hortamur in domino attentius et rogamus,  
quatinus ad expensas nostras dilectis filiis Bertrando Arnandi, preposito  
ecclesie Sistaricen., clero<sup>1</sup> et nobili viro Gualhardo de Marzarolis domicello  
nostris, quos ad eas partes propter hoc mittimus, providere de securo con-  
ductu ac amicis tuis, ut si per viam conductu egeant huiusmodi eisdem de  
illo prompte provideant, scribere non postponas.

Dat. 5. id. martii, a. 15. <sup>a</sup>

*Reg. Vat. 116, f° 107, n° 361 secret.*

<sup>a</sup> Ort fehlt.

Rom,

*F. Rüegg.*

<sup>1</sup> Dieser war am 31. März 1332 Collector in der Diözese Sitten. Vgl. *Göller, Die Einnahmen der apostolischen Kammer unter Johann XII. (Vatikan. Quellen, herausgegeben von der Görresgesellschaft, 1. Bd. Paderborn, 1910 S. 435.)*

